



Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 19. Continet alia loquacitatis incommoda ex sanctis Patribus
desumpta.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](#)

CAPUT XIX.

Continet alia loquaciatis incommoda ex
sanctis patribus desumpta.

Quod ad primū attinet, Ioannes Climachus qui vixit anno Domini 340. in libro de scala spirituali, in capitulo de loquacitate, gradu ii. breuiter nouē incommoda, ita depingit loquacitatis.

Loquacitas est ignorantiae certū argumentum, detractionis ianua, scurrilitatis dux, mendacij opifex, compunctionis desolatio, acediam auctori sive euocatrix, somni præcussor, intentiæ fixæq; cogitationis dissipatio, custodiæ exterminatio.

Ioannes verò Abbas montis Sinai ita eam depingit apud auctore malogranati lib. 2. dist. 2. capit. 7. per undecim incommoda. Multiloquium inquit est vanæ gloriæ cathedra, per quam seipsam manifestare & pompatice propalare, naturam habet. Multiloquium est in

Loqua
citias
quid.

sipien-

Multiloquiū
quid.
sipientiæ argumentum, detractio-
nis porta, manuductor scurrillita-
tis, mendacij minister, compun-
ctionis resolutio, acuitatis intel-
ligentiaæ dispersio, acediæq; condi-
tor, dissipatio mceroris, caloris &
feruoris frigefactio, orationis ob-
scuratio. Hæc ille. Hi sunt loqua-
citatæ amarissimi fructus, & loqua-
citatæ effeclus, quibus multa alia
adijci poterunt, quæ ex sequenti-
bus capitibus haberi possunt, maxi-
mè ex 59. Nunc ad commoda &
fructus taciturnitatis silentij & cu-
stodiæ linguæ progrediamur.

QVINQVAGINTA DVO
C O M M O D A E T F R V C T V S
taciturnitatis & custodiæ
linguæ.

C A P V T X X .

Silentium ædificat, homines angelis similes
reddit, & animam solicite
custodit.

In his commodis recensendis

erimus